



24

1747, 24.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.


D. IOHANNES FLORENS
RIVINVS

COD. P. P. ETC.

~~de donati. one inter viros et mortis conuicione
Donatione combinata cum mortis conuicione
et ali concedit in deo confortor 72.~~

J. J. Kleine

LIBRORUM
D. JOHANNES FLORENS
RIVIUS



3

Lege gratitudinis postulant, ut iis qui obse-
quii suis et pietatis humanitatisque officiis
liberalitatem nostram prouocarunt, ean-
dem exhibeamus; quod quidem per
actus inter viuos, plerumque mortis causa
perficitur. Morientes enim liberaliores
semper se exhibere assolent, quam qui-
dem viuentes. Magna vero intercedit differentia, si
quis aetum liberalitatis mediante donatione inter vi-
uos exercet, et si intuitu instantis periculi mortis
alteri aliquid tribuat. Donatio enim inter viuos re-
gulariter irreuocabilis & perpetuam retinet causam,
nec viillas plane desiderat solemnitates: At mortis cau-
sa donatio, non nisi adhibitis quinque testibus valide
fuscipitur, et simulac donans vincula mortis evasit,
ipso iure iterum resoluitur; sub ista enim faltem con-
ditione facta censetur: qui enim mortis causa donat,

A 2

qua

IV

qua parte se cogitat, negotium gerit, scilicet, ut
 cum conualuerit, reddatur sibi L. 35. ff. de mort. cau-
 sa don. Sed saepe dubium emergit quaenam dona-
 tio in dubio praesumenda sit. Obueniebat nouis-
 simo tempore talis casus Ordini nostro, vbi quis
 morbo correptus mortique vicinus fratri suo de-
 bitum 170. floren. quo ipsi obstrictus, in praesen-
 tia duorum testium donauerat, adiecta causa mouen-
 te: quod ipsi fraternum affectum, variaque amicitiae
 specimina exhibuerit, his verbis vsus: Er habe sich
 mit guten Wissen und Wohlbedacht beschlossen T.
 W. die von ihm erborgten 170. Gulden wegen ihm
 bezeugter brüderlichen Liebe und guten Freundschaft
 zu verehren, das er W. dieses Darlehn im Fall er
 dieses Lagers nicht wieder aufkahme, oder auch diese
 Schenkung vor seinen Absterben nicht wieder reuoci-
 ren würde, hiermit wärclich geschenket, über erwehn-
 tes Capital vollkommen quittirt und Verzicht gelei-
 stet haben wollte. Fato cesserat donans; donata-
 riis repeatabat ab eius heredibus chirographum, hy-
 potheca iudicali munitum, cuius insimul cassationem
 efflagitabat; quod vero heredes propterea denega-
 bant, quod sibi persuadebant, donationem mortis
 causa subesse, eamque ob defectum testium laborare
 vitio nullitatis; peracta probatione et reprobatione
 ferenda erat sententia definitiva, in utramque par-
 tem transibant vota, eaque erant diuisa. Ea, quae
 pro



pro donatione mortis causa militabant, respiebant,
 donantem in extremo mortis periculo constitutum,
 cuius intuitu aetum liberalitatis susceperebat, et quod oc-
 casionem donationi dederat; et quod morte demum
 secuta compos fieri debuisset donationis, colligebant
 ex clausula adiecta: Wenn er des Lagers nicht wie-
 der auffühme, reliqua verba: oder auch die Schen-
 kung vor seinem Absterben nicht wieder reuociren
 würde, pro superfluis et otiosis, vel etiam ideo adie-
 citis habebant, ut eo securiori via, si iterum recon-
 ualesceret, incederet, ideoque forma quae in nume-
 ro septenario testium deprehendebatur, neglecta,
 partes actoris dubias reddebant, praesertim cum do-
 cumentum illud donationis duo testes, ne quidem
 uno continuoque actu subscriperant. Enimuero,
 vicit numerus eorum, qui partes donatarii tueban-
 tur. Sane re penitus perspecta, duplex donatio
 adesse deprehenditur, altera mortis causa, suscepta
 enim erat donatio eo tempore, quo ultima linea re-
 rum mortalium instabat donanti, et imminens mortis
 periculum, siue ex humana sorte mortis cogitatio in-
 uitauerat fratrem ad remissionem debiti, adeoque ex
 hoc capite ius agendi plane deficiebat; Sed verba se-
 quentia, et alternativa illa reseruatio: oder auch er die-
 se Schenkung vor seinem Absterben nicht wieder re-
 uociren würde, satis abunde donationem inter viuos et
 duplicatum casum indigitabant; alterum, qui se refe-

A 3

rebat

VI

rebat ad casum donationis mortis causa si moreretur; alterum ad donationem inter viuos, reseruata tamen potestate reuocandi istam donationem. Equidem non ignoramus, quod Doctores ex mente IULIANI L. i. ff. de donat. differentiam specificam inter donationem inter viuos et mortis causa in eo quaerere soleant, quod prior gratuita sit rei in alterum acceptantem animo nunquam reuocandi facta collatio, sed illa definitio continet saltem regulam, et id quod ut plurimum fieri solet, non tamen propterea existimandum, ac si essentia donationis inter viuos simpliciter in praecisa et abdicata voluntate reuocandi consistat. Poteſt quippe donator legem quamlibet rei suae donando dicere, atque adeo facultatem et arbitrium reuocandi sibi stipulari et conditionem resolutiuam adiicere L. 9. C. de donat. ut nihilominus natura verae donationis remaneat. Ipſe IULIANVS per verba: *haec propria donatio, nudam et ordinario modo factam donationem distinguit ab hac, cui modus, conditio, vel pactum adiicitur, qua in parte nobiscum eleganter conspirat III. A LEYSER Med. ad Pand. post. Med. CCCC XXXVII. Corol. 2.* In praesenti caſu non vniqa caſa gratum animum testandi conſistebat in cogitatione mortis instantis, quanquam fortaffe haec proxima et impulsua dicenda, sed recordatio benefactorum ex fraterno affectu profectorum incendebat animum ad antidoralem

JANET



ralem remunerationem, eidemque prospicere cupiebat, principaliter quidem si moreretur, deinde vero nec spem ipsius recuperata sanitate frustrari plane volebat, ita tamen, ut sibi reuocandi licentiam vindicaret, fratremque intra spem metumque teneret, ipsiusque studium demerendi, magis excitaret. Prius membrum clausulae reseruatoriae respiciebat casum mortis, et eatenus erat otiosa, nam virtualiter inerat negotio, et absque illa, perfecta licet mortis causa donatio, ipso iure cessabat superato mortis periculo: Alterum membrum enixam monstrabat voluntatem donandi et remunerandi animum, ut etiam eum in euentum, si mortis periculum superaret nihilominus spes liberationis remanere debeat fratri donatario, nisi fortasse facto se indignum reddat beneficio destinato, et ineundo consilio reuocationis ansam ipsem praebat. Alias sane verba ista frustranea et otiosa fuissent. Imo euentuali modo solutionem jam factam esse fatebatur, qualis confessio donationi mortis causa factae accommodari nequit, Nec inique dixeris mortis euentum non latere in verbis dispositionis, quae vnicce indolem donationis mortis causa arguunt, sed saltem in executiuis, ut effectum donatio sortiri debeat quounque demum tempore donans moriatur, modo non interuenerit reuocatio. Alias omnis donatio in dubio magis pro donatione inter viuos

quam



VIII

quam mortis causa reputatur, in primis si ob praecedentia merita facta donatio, hanc enim in donatione inter viuos adeo considerandam esse autumant Doctores, ut licet per verba haec: dono tibi post mortem meam, celebretur, tamen ob prae sumptam testatoris voluntatem, donatio mortis causa in donationem inter viuos degenerare, et quasi transformata videatur. Sane voluntas donantis, licet intuitu mortis elicita, pura, et actus perfectus appetit et traditio sive consummatio tantum in tempus mortis suspensa et prorogata. Ergo initium et causa originis potissimum respicienda, quae in animo sese liberandi a pietatis et gratitudinis vinculo quaerenda. Nam ex primordio tituli posterior formatur euentus, nempe non reseruatae reuocationis. Sola causa impulsiva quae testatorem ad relinquendum legatum mouit, non obest legato, licet falsa reprehendatur, siquidem ratio legandi legato non cohaeret, nec causa vlla requiritur, quia legatum ex liberalitate protenit, et sic non opus est ut de qualitate disputemus L. 72. §. 6. ff. de condit. et demonstr. Cum leges prae sumunt, voluisse testatorem etiam sine causa actum liberalitatis exercere, iniquum profecto foret, eo casu, quo frater non ex falsa, sed vera et iusta causa impulsiva et in primis ob bene merita fratri donauerat, de qualitate causae disputare. Neque enim fas est vlo modo inquietari donationes

quas

3
 quas is qui donauerat in diem vitae sua non retracta-
 uit L. i. C. de Reuoc. donat. et liberalitatem quodam-
 modo captiosam interpretatione prudentum fran-
 gere L. 5. ff. de transact. qui magis solliciti esse de-
 bent de conseruandis quoquis modo actibus in so-
 cietate ciuili. Reportabat igitur actor victoriam
 causae Mense Martio a. c. ad Praefect. Sch. in
 causa T. W. contra M. D. W. et consortes. Aliud
 simile fere exemplum donationis dubiae his ver-
 bis factae: Ich bekenne daß ich meinen Stiefföhne
 oder seinen Kindern ohngezwungen aus guten
 freyen Willen weil er mir allzeit treu und gehor-
 sam gewesen 100. Thaler verheissen und zugesagt
 habe, also daß er nach meinem Tode aus meinen
 Gütern soll zugewartet haben, solches habe ich
 versprochen mit Hand und Mund, so wahr mir
 Gott helfe und sein Wort, quam donans in testa-
 mento reuocauerat, et vidua eius ut mortis causa do-
 nationem, imprimis cum ipse donans et notarius
 pro tali habuerit ac donatarius pro tali agnouerit,
 adimplere denegauit, quae vero pro donatione inter
 viuos, quia verba contractus zugesagt adhibita,
 duo testes tantum admoti, ob bene merita facta, et
 ob iuramentum irreuocabilis facta, per sententiam de-
 clarata, prodit IOH. BRVNNEMANN. Decis. Cen-
 tur. V. Dec. LXXXV. Sane certum est irreuocabil-
 lem nullam esse posse donationem mortis causa, adeo

MA

B

vt

X

ut etiam si ita donatur mortis causa ut nullo casu reuocetur, causa donandi magis sit quam mortis causa donatio per L. 27. ff. de mort. caus. don. non obstante Nou. 87. et L. 13. §. 1. ff. de m. c. don. quam quaectionem ex instituto tractarunt ARN. VINNIUS Sel. Qu. Lib. II. Cap. 34. BRANCHV Obs. ad Ius Rom. Decad. I. cap. 4. vnde in donationibus quae mortis causa fiunt haec verborum solennitas custoditur: illum agrum aut illam domum, me malo habere quam te: te, quam heredes meos, teste interprete ad IVL. PAVL. Rec. Sent. L. II. T. 23. n. 6. ex emendatione SCHVLTINGII ad h. l. Inter viuos autem donatio reseruationem reuocationis admittit, hinc ea in regula irreuocabilis. Praefatus haec sum, nominatus Nob. Iur. Cultores, qui ad singulos Libros Pandectarum a XXIII. ad L. respondendo publice et opponendo sua exercuere ingenia, qui sunt.

DN. HENRICVS CAROLVS REINHARD,

Web-Misn.

IOHANNES GOTTLIEB ETT-
MULLER, Zittau-Lusat.

FRIDERICVS GOTTHELF MA-

IVS, Freib.-Misn.

CHRISTIANVS FRIDERICVS GEIS-
LERVS, Keuschberg.-Misn.

DN.



- DN. GOTTHELF FRIDERICVS HILDEBRAND, Dresd.
CAROLVS GOTTLIEB OTTO,
Sorbiga-Misn.
FRIDERICVS AVGVSTVS KLEMM,
Sangerhuf-Thur.
BENIAMIN AVGVSTVS FRIDERICVS QVEHL, Schwartzb-Thur.
GEORGIVS FRIDERICVS SALOMON LIEBE, Freiberg-Misn.
CAROLVS FRIDERICVS BREHM,
Schneeberg-Misn.
GEORGIVS GOTTLOB KOEHLERVS, Dresd. Misn.
IOHANNES DIETERICVS MVNCH,
Stollberg.
CHRISTOPHORVS FRIDERICVS MULLER, Tilleda-Thuring.
CHRISTOPHORVS FRIDERICVS HENELIVS, Ioangeorgiopol. ex Her munduris.
IOHANNES FRIDERICVS HEVSCHKELIVS, Pegau-Misn.
IOHANNES GEORGIVS WAGNERVS, Martisb.
IOHANNES ANDREAS HOLWEG,
Edelsfelda-Solisbac.

XII

DNI IOHANNES GOTTLIEB HOFF-
MANN, Sorbiga - Misn.

OTTO SALOMON GOTTLIEB IACOBI,
Pegau.

MM. IOHANNES HENRICVS RAST,
Delitiens.

TRAVGOTT PLAENCKNERVS,
Chemnit - Misn.

IOHANNES CHRISTIANVS TVCH,
Varisco - Geran.

CHRISTIANVS GOTTLLOB DE-
GENKOLB, Stolpenf - Misn.

CHRISTOPHORVS BENIAMIN
ZIMMERMANN, Lipsiens.

IOHANNES GOTTLLOB PFEFFER,
Zwenkau.

Quos Orbi Literario de meliori commendandos
habeo. Lipsiae Domin. V. post Fest. Trinitatis.
MDCCXLVII.

LITTERIS LANGENHEMIANIS.



Leipzig, Diss., 1747

29 Stk

ULB Halle
007 231 962




Sb

No 18

No 18b a 9 12







24
1747, 24.

ECTORI BENEVOLO

S. P. D.

HANNES FLORENS RIVINVS

COD. P. P. ETC.

*Si one inter viros est mortis causa
ratione combinata cum
convenire videtur p[ro]p[ter]a.*

J. J. Klinke